

287^a municipia | provinciae | Lusitaniae stipe | conlata quae opus | pontis perfecerunt: | Igaeditani | Lancienses Oppidani | Talori | Interan- nienses | Colarni | Lancienses Transcudani | Aravi | Meidubrigenses | Ara- brigenses | Banienses | Paesures.

In Hispania, in arcu triumphali qui extat medio in ponte fluminis Tagi, prope oppidum quod ab hoc ponte nomen traxit Alcantara (in fronte arcus extat adhuc N. 287, in parietibus olim legebatur saepius repetita N. 287^a) (II 759. 760). 1) Dec. 103/104. — 2) Videtur numerus errore positus pro IV; certe ex diplomate quodam militari, quod referemus infra, apparet Traianum etiam d. 15 Mai. 103 dici voluisse imp. IV.

287^b imp. Nervae Traiano Caesari Augusto Germanico Dacico sacrum.
Templum in rupe Tagi superis et Caesare plenum,
Ars ubi materia vincitur ipsa sua,
Quis quali dederit voto, fortasse requiret
Cura viatorum, quos nova fama iuvat:
5 Ingentem vasta pontem qui mole peregit,
Sacra litaturo fecit honore¹ Lacer.

Pontem perpetui mansurum in saecula mundi
Fecit divina nobilis arte Lacer.
Qui pontem fecit Lacer, et nova templa dicavit
10 (Scilicet et superis munera sola litant¹),
Idem Romuleis templum cum Caesare divis
Constituit; felix utraque causa sacri.

C. Iulius Lacer [p.] s. f. et dedicavit, amico Curio Lacone Igaeditano.

In aedicula sita iuxta eum pontem, in quo est arcus cum titulo qui praecedat (II 761 ad exemplum quod ab Hispano aliquo accepit Accursius a. 1527). Duobus gemellis epigrammatis sacellum dedicatum est Traiano et divis imperatoribus (Mo.). — 1) Haec perplexe dicta explicare temptavit Huebner C. II l. c.

288	imp. Caes. Nervae	
Plotinae	Traiano Aug. Ger.	Mar[c]ia
August.	Dacico pont. max., tr.	nae ² Aug.
	pot. IX ¹ , cos. V, d. d.	

Lunae olim (XI 1535, bis descripta saeculis superioribus). — 1) 10 Dec. 104/5. — 2) martianae vel matrianae traditur.

289 imp. Caesari | divi Nervae f. | Nervae Traiano | Aug. Germ. Daci|co pontifici max., | tribunic. potest. | XII¹, imp. VI², cos. V, p. p., | de- victis Dacis² | Foroclaud. publ.

Aime-en-Tarantaise, ubi fuit Forum Claudii Ceutronum Axima (XII 105). — 1) Dec. 107/8. — 2) Bellum Dacicum alterum ad finem perductum esse videtur paullo ante quam haec inscriptio incisa est, a. 107 (cf. Mommsen ad III 550). — 2) Imperator sextum reperitur Traianus appellatus iam in titulis anni 107 (VII 9767. IX 56).